

*Ex de la Lib<sup>a</sup> de l'coll<sup>e</sup> m<sup>o</sup> de cu  
cuon*

**SVEFRIDI PETRI  
LEOVARDIENSIS**

**FRISII V. I. C. ORATIO  
DE PRÆSTANTIA LEGVM  
ROMANARVM.**

**AD**

*Amplissimum Ordinem Statuum Frisie.*



**ANTVERPIÆ,  
Ex officina Christophori Plantini,  
Architypographi Regij.**

**M. D. LXXIIII.**



SUFFRIDI PETRI

LEONARDIENSIS


FRISII V. L. C. ORATIO

**SUMMA PRIVILEGII.**

**R**EGIS Privilegio cautum est, ne quis alius præter Christophorum Plantinum, librum hunc, cui titulus est, *Suffridi Petri Leonardiensis Frisij V. L. C. Oratio de Præstantia Legum Romanarum*, intra decennium imprimat, aut alibi impressum in suas ditiones importet, venalemve habeat: qui secùs faxit, pœna fisco Regio exoluenda multabitur: vt latiùs in Regio diplomate expressum est, Dato Bruxellæ, Anno M. D. LXXIII, Stylo Brab. x x. Febr.

Signat.

*L. De Perre.*



AMTVERPIÆ,  
Ex officina Christophori Plantini  
Architvtopographi Regij.  
M. D. LXXIII.

CLARISSIMIS,  
 PRUDENTISSIMIS,  
 INTEGRISSIMISQUE VIRIS  
 ac Dominis, Amplissimi ordinis Sta-  
 tuum Frisiae, Dominis ac Mæcenatibus  
 suis perpetua obseruantia colendis: S. P. D.



ANTE annos aliquot, cum  
 Louanium reuersus ad Iuris  
 vtriusq. professionem, quam  
 iustus de causis aliquandiu  
 intermiseram, repetito stu-  
 dio me retulissim, viri am-  
 plissimi, nihil antiquius mi-  
 hi fuit, quam utilitatem dignitatemq. Iurispru-  
 dentie mecum diligentius expendere: non modo,  
 vt humaniores literas, quas ab ineunte etate Iu-  
 ris illustrandi gratia potissimum sectatus fueram,  
 libentius huc iam transferram; verum etiam, vt  
 eam studiosis adolescentibus maiori cum fructu  
 porro commendarem. In quo dum versor, vt ex  
 alijs alia vicissim cogitantem subeunt, digna con-  
 sultatione questio visa fuit, cur ita Romanorum  
 potius, quam cuiusuis alterius gentis Ius in pleris-  
 que omnibus Occidentis consistorijs frequenterur.  
 Et sane cum nulla gens sine aliqua saltem quali-  
 cumq. Repub. & nulla Respub. sine Legibus inca-



7  
SVFFRIDI PETRI

LEOVARDIENSIS FRISII

V. I. CONSULTI ORATIO DE  
præstantia L. L. Rom.



NTALCIDAS Lacedæmo-  
nius, cùm Sophista quispiam se  
Herculem laudaturū esse dice-  
ret, quis (inquit) illum vitupe-  
rat? Nam cum Hercules apud  
Spartanos religiosissimè coleretur, superua-  
caneum esse iudicabat Lacon, eum laudare  
Spartæ, quem omnes vno ore prædicabant.  
Oportunè quidem dictum, si garrulitati So-  
phisticæ taciturnitatem Laconicam oppo-  
nas. Nihil enim opus est multis verbis, vbi  
rerum cognitio nulla expetitur. Cæterum  
si humanæ vitæ communem vsum, & per-  
petuam Reipub. necessitatē spectes, locum  
perpetuo sortiri Laconis apophthegma non  
potest. neque enim semper expectanda no-  
bis est controuersia, sed vsu rerum flagitan-  
te multa vltro sæpè verbis exornanda sunt.  
Diuini enim numinis Maiestatem, Religio-  
nem, Magistratum, Rempub. Leges, bonas  
artes, heroas ac viros illustres, nec non &  
quæ diuinitus ad humanæ naturæ cōserua-  
tionem